



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Constitutiones Variorum Pontificum in praecedentibus Editionibus
desideratas, summoque studio hinc inde conquisitas complectens

Luxemburgi, 1741

47. Dilecti Filii &c. Constitutio pro Ordine Fratum Minorum Sancti Francisci.
Controversiæ, & lites de Primatu, & Anterioritate, perpetuo silentio
imposito, extinguntur: Quæ pro Universis Tertiariis ...
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74514](#)

ANNO
1728.

- ¶ Ego Johannes Baptista Tituli Sancti Stephani in Monte Cœlio Presbyter Cardinalis Salernus.
- ¶ Ego Alvarus Tituli Sancti Bartholomæi in Insula Presbyter Cardinalis Cienfuegos.
- ¶ Ego Bernardus Maria Tituli Sancti Bernardi ad Thermas Presbyter Cardinalis de Comitibus, major Poenitentiarius.
- ¶ Ego Johannes Baptista Tituli Sancti Matthæi in Merulana Presbyter Cardinalis de Alteris.
- ¶ Ego Vincentius Tituli Sancti Onuphrii Presbyter Cardinalis Petra.
- ¶ Ego Prosper Tituli Sancti Calixti Presbyter Cardinalis Marifuscus.
- ¶ Ego Frater Augustinus Tituli Sancti Xysti Presbyter Cardinalis Pipia Ordinis Prædicatorum.
- ¶ Ego Nicolaus Tituli Sanctæ Mariæ in Dominica Presbyter Cardinalis Cochia.
- ¶ Ego Nicolaus Maria Tituli Sanctorum Johannis & Pauli Presbyter Cardinalis Lercarius.
- ¶ Ego Franciscus Antonius Tituli Sanctæ Mariæ in Via Presbyter Cardinalis Fini.
- ¶ Ego Frater Gregorius Tituli Sancti Augustini Presbyter Cardinalis Selleri.
- ¶ Ego Frater Laurentius Tituli Sanctæ Mariæ de Araceli Presbyter Cardinalis Cozza.
- ¶ Ego Frater Vincentius Ludovicus Tituli Sancti Pancratii Presbyter Cardinalis Gotti Ordinis Prædicatorum.
- ¶ Ego D. Leander Tituli Sancti Hieronymi Illyricorum Presbyter Cardinalis Porzia Ordinis Divi Benedicti.
- ¶ Ego Petrus Aloysius Tituli Sancti Laurentii in Pane & Perna Presbyter Cardinalis Caraffa.
- ¶ Ego Joseph Tituli Sanctæ Mariæ de Transponitina Presbyter Cardinalis Accorambonus.
- ¶ Ego Laurentius Sanctæ Agathæ ad Montes Diaconus Cardinalis de Alteriis.
- ¶ Ego Carolus Sancti Angeli in Foro Piscium Diaconus Cardinalis Columna.
- ¶ Ego Alexander Sanctæ Mariæ in Cosmedin Diaconus Cardinalis Albanus.
- ¶ Ego Nicolaus Sanctæ Mariæ ad Martyres Diaconus Cardinalis Judice.
- ¶ Ego Antonius Sancti Nicolai in Carcere Diaconus Cardinalis Bancherius.

J. B. Archiepiscopus Nisibenus
Subdatarius.

V I S A

De Curia J. Archiepiscopus Ancyranus.

L. Martinettus.

Registrata in Camera Apostolica.

Felix Francischinus R. C. A. Secretarius.

*Constitutio pro Ordine Fratrum Minorum
Sancti Francisci.*

Controversiae, & lites de Primatu, & Anterioritate, perpetuo silentio imposito, extinguntur: Qua pro Universis Tertiariis in propriis dominibus viventibus in Constitutione *Paterna Sedi* sancta sunt, denud confirmantur, & Basilicæ S. Mariæ de Portiuncula, & S. Francisci Civitatis Assisiensis sub diversis rationibus Ordinis Matrices decernuntur.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Dilectis Filii Ministro Generali totius Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci, nec non Generali Ministro Fratrum Conventualium ejusdem Ordinis.

Dilecti Filii salutem &c. Qui pacem loquuntur in plebem suam, & super Sanctos suos, certam illam avertendæ contentione viam, rationemque discipulis designavit, monitis, exemplisque suis eosdem adhortatus, ut qui major esset inter ipsos, fieret sicut minor, ac proinde esse contenderent, non præminentia, & primatu, sed ministrandi, ac subiacendi humilitate præcessores. Hæc autem documenta B. Franciscus Seraphici vestri Ordinis Conditor, & ipse mirabiliter arripuit, & expressit, & custodiendæ pacis firmamentum esse voluit alumnis suis, qui modello ipsa Fratrum Minorum appellatione Evangelicam illam cœlestis Magistri normam præ se ferentes, sincera caritas veræque Fraternitatis disciplinam, & cultum per totam Christi Ecclesiam latissimè propagarunt. Nos igitur, quemadmodum uberes ex religiosissima institutione Dominicæ agri prouentus largitori Deo reique Catholice gratulamus; ita omnem dare operam debemus, ne dissidia, & lites de loco, & dignitate bonam frugem suffocare possint, fraternalaque concordiam discindere, aut perturbare. Porro cum tres Constitutiones ediderimus pro institutione, ac regimine Tertiiorum ejusdem Seraphici Ordinis in propriis Domibus viventium, primari die 10. Decembbris 1725. pro Fratribus Minoribus Regularis Observantiae, quæ incipit: *Paterna Sedi Apostolica providentia*, alteram die 24. Maij 1726. pro Fratribus Minoribus, qui Cappuccini appellantur, quæ incipit: *Ratio Apostolici ministerii*; tertiam denique die 5. Julii ejusdem anni pro Fratribus Minoribus Conventualibus, quæ incipit: *Singularis devotio*: non sine ingenti animi molestia recivimus, controversias inter antedictas laudati Ordinis familias invalluisse de primatu, & antiquitate alterius præ altera, de multiplicitate erectione Congregationum Tertiæ Ordinis, deque transitu Tertiiorum unius Congregationis ad aliam, quæ cum religiose disciplinæ detrimento, scandalum etiam in populis serere possint, & B. Patris Francisci spiritum in discipulis ejus extinguere. Diffensionibus igitur, ac jurgiis aditum obstruere, & necessariam regulari disciplinæ pacem, & tranquillitatem fovere, aut restituere cupientes; Motu proprio, ex certa scientia, non ad oblate cùjusquam peritonis instantiam, in primis omnes, & singulas de memoratis causis lites, & controversias, utcumque, & in quacunque instantia super his ortas, agitatas, & actu pendentes, coram quibuscumque Judicibus, ac Tribunalibus, etiam speciali mentione dignis, quorum nomina pro expressis haberi volumus, ad Nos avocantes, perpetuo silentio imposito extinguiamus, & abolemus. Præterea

quascun-

ANNO
1728.

XLVII.

A N N O
1728.

quasunque Indulgentias, Indulta, Privilegia, Prærogativas, favores, exemptiones, libertates, extensio-nes, & concessiones tam in genere, quam in spe-cie in memorata Constitutione, quæ incipit: *Pa-terna, Tertiariis Fratrum Minorum de Observan-tia tributas, & per alias superiori indicatas ad Ter-tiarios Fratrum Minorum Conventualium, & Cap-pucinorum, eorumque Superiori extensas, & am-plias, tenore præsentium confirmamus, & appro-bamus, & quatenus opus sit, ipsis Fratribus Con-ventualibus, & Cappucinis, eorumque Tertiariis, in iis tamen, qua prafata nostra Constitutione pro Observantium Tertiariis editæ non adversantur, & non aliâs, de novo concedimus; Mandantes poti-ssimum, ut quæ in ipsa circa erectionem unius dun-taxat Congregationis Tertiiorum pro unaquaque Civitate, aut Loco, deinceps eorum transitu præcripta, & sancta sunt, alii posterioribus nostris non obstantibus, inviolabiliter observentur. Quoniam autem à mente nostra, & à proposito memorata Constitutione, quæ incipit: *Singulis devotio*, profus alienum erat, ut Fratribus Minoribus Re-gularis Observantiae quidquam sui juris, aut pos-sessionis erga Conventuales detrahheremus, aut ipsis Fratribus Conventualibus majorem antiquitatem, aut aliam quamcumque prærogativam de Obser-vantibus concederemus, motu pari & scientia similibus decernimus & declaramus, verba & enun-ciationes, qua antiquitatem & prærogativas ejus-modi respiciunt, nullius roboris, atque eo pro-fusus modo, ac si apposita non essent, de cætero habenda fore & esse; Imò pro totius prafati Ordinis tranquillitate & pace perpetuum silentium su-per hujusmodi controversia imponimus, & pro im-po-fito haber volumus, & mandamus. Ne quis denique Basilicam Beati Francisci Civitatis Affiliensis, ubi Sacrum ejus Corpus requiescit, à Romaniis Pontificibus Prædecessoribus nostris variis Pri-legeis austam, ita supra cæteras ejusdem Ordini-s Ecclesiæ verbis aut scriptis extollat & eferat, ut debitus honor a reverentia denegetur Basilicæ Beatae Mariæ de Portiuncula extra muros ejusdem Urbi, in qua constat Seraphicum Patrem institutum suum inchoasse, præcipimus & mandamus, ut ambæ Basilicæ, diversi lict rationibus, Beatae Mariæ quidem propter Ordinis primordia, Affiliensis verò propter sacrum Corpus sanctissimi Insti-tutoris, tanquam Ordinis Matrices ab omnibus Fratribus Minoribus agnoscantur, & obseruantur, pro ut Romani Pontifices Prædecessores nostri afferuerunt, & concesserunt. Quasunque autem juris, verborumque solennitates nostrâ auctoritate sup-pletentes, & quibusvis in contrarium facientibus amplissimè derogantes; Quæ verò exprimenda esent pro expressis habentes, fore confidimus, ut familiis vestris per hoc providentia nostras judicium pristinam, vestroque nomine dignam concordiam partam esse gaudeamus. Vestrum autem erit, ut pari vigilantiâ, studioque curis nostris obsequen-tes, indecoram importunamque altercationum, libellorumque licentiam, in eorum auctores distri-cte animadverentes, sedulò inhibeatis. Ac Vobis, Dilecti Filii, paternæ voluntatis pignus Apostoli-cam Benedictionem peramanter impertimus.*

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub An-nulo Piscatoris die 21. Julii 1728. Pontificatus nostri Anno quinto.

Carolus Archiep. Emissenus.

Loco  Sigilli.

A N N O
1728.
XLVIII.

Constitutio pro Fratribus Ordinis Prædicatorum, Jurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus in Ecclesia Parochiali beatæ Mariae & Sanctorum XII. Apostolorum Terræ Balneariae Provincie Reginæ in Brutiis, vulgo in Calabria ulteriori.

B E N E D I C T U S E P I S C O P U S ,
Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

C ontentiones & lites inter quasunque religio-sas Familias, præsertim verò inter nostri Or-dinis Fratrum Prædicatorum, aliasque Ecclesiasticas Personas, quæ quidem lites sine gravissimis in-commodis & impensis, atque divini cultus, anima-rumque Salutis detrimento fieri nequaquam pos-sunt, ad Nos pertinet extingue, & profus elimi-nare, quemadmodum Pontifici munera nostri ra-tio suadet, ut jus suum, supremâ, quam in terris obtinemus, auctoritate, unicuique tribuamus, insuper & alia libenti animo peragentes, quæ salubri-ter expedire animadvertisimus.

Cum itaque, sicut accepimus, aliâs & postquam Parochialis Ecclesia beatæ Mariae & Sanctorum XII. Apostolorum Terræ Balneariae, nullius Diœcesis, Provinciæ Reginæ, quam olim felicis recorda-tionis Cœlestinus Papa III. Prædecessor noster soli Romane Ecclesiæ subjacecre decreverat, & sub be-a-torum Petri & Pauli Apostolorum, Sedisque Apo-stolicæ protectione suscepérat, eamque & illius bona, pertinentias, dependentias, ac annexa quæcumque, distamque Terram una cum ei subjectis locis ab omni jugo, potestate, injuria, & molesta quo-rumcumque hominum liberam omnino esse voluerat atque statuerat, pariterque decreverat; Postre-mò una cum universis ejusdem Parochialis Eccle-siæ bonis, grangiis, membris, annexis, juribus, actionibus & pertinentiis quibuscumque Capitulo & Canonicis Ecclesiæ Sancti Johannis Lateranensis, nuncupatae de Urbe, conceffa, sive illorum Menœ Capitulari canonice unita, annexa & incorporata extitit, ipsique Capitulum & Canonici postmo-dum intendentes suam & dictæ Mensæ Capitularis conditionem efficere meliorem, omnia & quæcumque bona prædicta ad dictam Parochialem spectan-tia & pertinentia quondam tunc in humanis agenti Jacobo Rufo dictæ Terræ, dum viveret, Domino in temporalibus pro eo, ejusque Successoribus, cau-samque ab eo habentibus, cum hoc, ut dictus Ja-cobus, ejusque Successores, causamque ab eo ha-bentes präfati, centum viginti novem ducatos monetae Neapolitanæ, ac nonaginta sex cumulos frumenti singuli annis, necnon tertiam partem bonorum recuperandorum, ad eandem Parochialem Ec-clesiam etiam spectantium & pertinentium, pro di-ceta Parochialis Ecclesiæ, illiusque fabricæ & sacri-stiæ, nec non ejusdem Parochialis Ecclesiæ Rectoris pro tempore existentis manutentione respectivè & congrua sustentatione persolvere & tradere debe-rent, ac forsitan sub aliis pactis & conditionibus, tunc expressis, pro pretio viginti duorum millium scutorum monetæ Romanæ, ad effectum pretium hujusmodi in tot bonis stabilibus in territorio Ur-bis existentibus, reinvestiendi.

Ac aliâ sub certis modo & forma, tunc expre-sis, sub Sedis Apostolicæ beneplacito vendidissent, recolenda memoria Gregorius Papa XIII. etiam Prædecessor noster, qui venditionem hujusmodi A-postolica auctoritate confirmaverat seu confirmari mandaverat, Ordinem Fratrum Prædicatorum propagare, divinique cultus in ipsa Parochiali Ec-clesia incremento consulere volens, dictam Paro-

I.
Summus
Pontifex
lites inter
Ecclesiasticas
Personas ex-
tinguit.II.
Paro-
chialis Ec-
clesia Bal-
neariae,
Rhegi-
nenis Pro-
vince, à
Cœlestino
III. Apo-
stolicæ Se-
di subje-
cta, post-
modum
transit in
Jus Cano-
nicorum
Basilicæ
Patriar-
chalis La-
teranen-
sis, qui
eam ven-
dunt Jaco-
bo Rufo,
loci Do-
mino.III.
Grego-
rius XIII.
candem
Ecclesiam
Parochia-
lem affi-
gnat Ordini
Fratrum
Prædicato-
rum.